



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Nonnulla emedat vigente peste. ipse progreditur in via salutari. cap. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

nibus exquisita cautione vtebatur, vt contagionem vitaret; idemq; summa diligentia iubebat a suis obseruari. maxime autem curabat in ijs saceris officijs indumenta sua ita collecta, & contracta esse, vt ne modico quidem alieni panni tactu, quod facillime fit, infici possent. In itiaci, qui vicus omnium miserime tunc peste afflictus est, ecclesia, cœmeterioque iam completo: quamplurima in campum cadauera illata erant, quæ quætidieque inferebantur loci religiosi ritus gratia sibi Carolus consecrandū statuit. terra iam ob anni dieiq; tempus calefacta, magno tabidorum cadauerum numero humato, fœtoris, corruptiq; vaporis multum emittebat: vt eius administri, clerici de vita sua tunc maxime desperasse afferunt. eo loco Carolus, quantum ad actionem consecrandi; quæ longa est, opus erat, cum sine sollicitudine vlla moraretur: in ceteris ita cauebat, vt ne ipso quidem viatorios, sacculos, perasue; opus enim faciebat ocreatus; & ex itinere humi poni patebatur. Ibi tamen plurimos sacraunctione confirmandos, cum reperisset ecclesiam, cœmeterijque fortassis periculum deuitans, in platea sacramentum administravit, primò valentibus, deinde reliquis item vniuersis. Quamuis autem ita consideret, quotiescumque morbo infectum tetigerat, separatum sese habebat ab alijs. ex familia eos tantum sibi propius infernare patebatur, qui necessarij essent, & id facerent libenter, & ex animo; ea se interdum accidit, vt cum alius esset nullus; sibi ipse, vt quilibet priuatus homo, quibuscumque rebus opus esset, ministraret. Qui adibant, eos interposito longuino audiebat, per vias aliquem antecire iubebat, qui virgam, periculi indicium, ferens, tacite obuios moneret, vt cederent. In ecclesia procul a canonicis sibi assistere solitus, & a ceteris clericis cō-

gruo interuallo se continebas. cumq; passim homines contagionis causa suspectos humano iudicio quadraginta diebus segregarentur; ipse sibi, sacerdotibusque alijs, qui sine magno ægrorum damno abstinere diu non poterant, septem tantummodo prescripserat dies. Cum ita suis caueret; euenit tamen, vt tres ex familia, & ex eorum numero, qui ad Carolum tangendum non accedebant, morbo contracto, interirent; vnus ab epistolis, alter a pedibus, tertius stabularius. Fuisse non ignoro, qui Carolum seruatum eo tempore distiterat, ex varijs medicamentis, quæ multa sunt illi, etiam a Principibus viris, Italiq; Regulis missa. sed ego ipsius verbis affirmo, ea contra pestem, periculo facta, minime valuisse: se scioq; nihil ab eo adhiberitum fuisse, præter spongiam aceto imbutam; quam, vt alij passim, in pila lignea perforata inclusa manū ferebat; & aliquid etiam atomatum; quod ore solebat interdum tenere. *Utrumque* Oblatum est ex ea plaga Carolo tempus, ad multa reprehendenda; multaque efficienda, quæ alioqui multo aduersarios, magnamque habuissent difficultatem. Est enim animus in periculis ad pietatem; & emendationem propensior. & qui eo se loco esse sentit; quamquam eo sumus sensus per mortales omnes; sed qui tamen ex manifestis periculis, ea se conditione esse videt, vt facile iam iam ex hac vita se ad diuinum tribunal rapiendus; meliora fere, sanctioraque cōsilia eligit. Ita cum etiam optimates in publicis concionibus Carolus liberius increparet; plerique ne dum indignarentur, potius ad errata dolenda, publiceque descendenda pie mouebantur. Sed habuit etiam tempus illud sua vitia, criminaque permulta; plurimique fuerunt duri, ac pene ferrei homines; qui nullis calamitatibus, periculisve flexi, peiores etiam, quam

Nonnulla emendat vigeat peste. ipse progreditur in via salutari. CAP. IX.

quam antea euasere. In assiduo mor-
tis discrimine, & fere inter ipsa ca-
dauera erant, tum qui aliena surriper-
rent; tum qui effrenatè luxuriæ serui-
rēt: vt qui valetudinarijs præfecti e-
rant, illud nō in postremis curare o-
porteret, ne libidinis criminibus
daretur locus: eueniretq; interdum,
vt cum illud vehemens admodum sit
contagionis genus, miseri in ipsa pro-
pmodum peccati actione interi-
rent; & vno tempore corpus, & ani-
mam pestilentia duplex interimeret.
In castellis frequens erat, & maior
etiam quàm consueuerat, aduersus
sacra quædam instituta contentio; ab
ijs maxime qui nobilitate, opibus-
que præstant; quos quidem; bonos
excipio semper; Ormanetus ille,
paruos ecclesiarum tyrannos quan-
doq; appellabat. tum autem ob com-
mercijs communis impedimenta, ma-
gis ab Antistitum correctione remo-
ti, maiori licentia, atque audacia ute-
bantur. Itaque affirmabat Carolus,
suis extra urbem administris num-
quam maiores obiectas fuisse in mu-
nere suo exercendo difficultates. ad-
debat se tunc re ipsa perspexisse,
quod fertur; bonos meliores; malos
peiores animaduersione fieri. Sed
Carolus dati temporis beneficio v-
tens, nonnulla sibi alijsque facienda
suscepit, quæ ad augendam religio-
nis, sanctitatisque disciplinam perti-
nerent. Ignis beneficio, leuatione-
que hyeme sibi interdixit; vt frigo-
ris asperitatem die, nocteque ferret.
abiecta culcitra paleas elegit ad cu-
bandum. carnem à mensa sua repulit.
modicum illud, quod ieiunij diebus
vespere, medicinæ potius, quàm cibi
caussa sumitur, reiecit. quæ omnia ita
in posterum retinuit; vt in dies e-
tiam, quemadmodum suis locis dice-
tur, auget. Cumque Ariminensis
Episcopus, olim eius Vicarius, aman-
tissimis litteris, ciuitate liberata, ve-
hementer rogasset; vt quando iam

Pars III.

Deus pestilentia pœnam remiserat;
ipse itidem remitteret afflictiones,
auertendæ pœnæ causa susceptas;
augendi potius esse causam ille re-
spondit; cum moribus minime emen-
datis, duriora pertimescenda esse vi-
derentur. Concionari quoque festis,
& præterea duobus alijs in Quadra-
gesima hebdomadæ cuiusque diebus
instituit; & canonicorum funera præ-
sequi. Cantores à se non approba-
tos, aut clericali vestitu non indu-
tos, ab ecclesiasticis officijs, quàm
antea diligentius exclusit. Ianuas,
quæ in lateribus ecclesiarum erant,
obstruxit. In vniuersum autem, quæ-
cumque antea deereta erant, vt om-
nia perficerentur; & per diœcesis
quæque loca, quantum posset, res
omnes componerentur, per id tem-
pus studiosius curauit; nouosque præ-
fectos elegit, quibus ad ea curanda
diœcesis regiones separatim distri-
buit. Illud etiam perfecit, quod dif-
ficile omnibus videbatur; vt clerici
omnes barbam sibi prædicerent.
Iam dudum id se cupere ostende-
rat; tum vt corruptelam sacrorum
hominum tolleret; qui profanas, mi-
litaresque barbarum formas, & earū
frequentes, leuesq; mutationes inde-
core admodū imitantur; tū vt vetus
cleri, præsertim Mediolanensis insti-
tutum renouaret. plurimi enim super-
stites illud viderāt in ecclesia Medio-
lanensi seruari; nonnulli adhuc serua-
bant. Verum cum ea de re Carolus a-
gere cœpisset, sermoque percrebuis-
set in clero; fuere, qui eius non mo-
do iussum, sed etiam exemplum præ-
uenerunt; barbamque sine mora po-
suerunt. cum autem ipse rarus in pu-
blicum prodijisset; litteras etiam ea-
de re ad clerum proposuisset; quibus
factū potius laudabat, quàm facien-
dum hortabatur; argumentaque ex-
plicabat, quibus id fieri deberet; cle-
ricales item virtutes cōmemorabat,
quæ eiusmodi pilis abasis significa-

G g 3 ren-

rentur: omnes fere paruerunt. qui difficiliore tunc fuere; postea maiori vrbis celebritate, cum multo magis erubescerent, euitare non potuerunt. illud vero institutum decreto deinde in synodo dicecesis sancito, confirmavit. dictum Caroli hoc de genere venit in mentem; qui cum collegium canonicorum recognosceret; quendam, qui adhuc non paruerat, reprehendit: eius nomen erat graui de crimine delatum. homo respondit, pudere se, rasoque clericos remigum sibi similes videri. cum se uere Carolus, At, inquit, adhuc pendet causa tua. Ita Carolus tempus nactus idoneum; pietatis ardore, afflictionum quasi ventis in eius animo vehementius excitato; in omni sanctitatis laude tunc vehementer ipse progrediendis, ceteros quoque ad salutem, optimamque disciplinam iuuare studebat.

Novas celebritates, aliaque religiose peragit, remissa peste.

CAP. X.

1577.

Pestilentia vis cum Octobri mensis, uti demonstrauimus, valde progressa esset; minui coepit Nouembris initio; posteaque paulatim ita debilitata est; ut ex ea tamen quotidie aliqui morerentur; interdum etiam multi. quod ex vestimentorum tractatione fere accidebat. ob id proximus annus M. D. LXXVII. in timore fuit. & hyeme quidem veris, atque aestatis; aestate vero autumnu aduentum formidabant. quidam etiam verebantur, ne in annos plures, ut olim acciderat, illud, quidquid erat, contagionis maneret. Sed Dei elementia, sicut iam iam narrabitur, opinionem, spemque hominum longe superauit. Celebravit Carolus post initium anni, statis precationum officii, trinaque ad ecclesias decreta supplicatione, Apostolica indulgentia beneficium; quod superius diximus a summo Pontifice toti Italiae, ad pestis pericula auertenda fuisse propositum. Iuit ipse nudis pedibus & eodem habitu, quo initio pestis,

ad ecclesias, iuimus canonici, magnaque cleri, & populi pars. conciones ille habebat, magno lachrymantis populi fructu. post eas, ipso, & canonicis humi prostratis, litania habebatur. Missaque a sacro maioris ecclesie collegio fiebat. omnino ea celebritas, precatioque visa est ad emendationem morum; piisque animorum affectiones plurimum valere. Appropinquante Quadragesima eius primae Dominicae cultum ex toto restituit. Retinet Ambrosiana Ecclesia Quadragesimae verus institutum, quo dies quagraginta, duo tantum numerabantur. iam dudum autem fecerat immoderatum voluptatis studium, quo misere ante sacri temporis illius initium, plurimi Christiani nominis afficiuntur; ut Dominicum ipsum diem, qui quidem veluti sanctae Quadragesimae caput, colendus erat, ab ea penitus amputarent; & ad voluptarium tempus sic adiungerent: ut cum ad Quadragesimae dies sanctae agendos, cuncti sese paratos ostenderent; is tamen tamquam voluptatis extremus dies, profani totius gaudij, peruersitatisque; omnis quasi cumulus redderetur. Antea Carolus, ut tetigimus, partim quidem restituerat diei sanctitatem, magna multitudo ad Eucharistiam suscipiendam, & ad conciones, precesque diuinas allicienda. Sed cum Romae, Mediolanique, multis adhibitis viris, qui religione, doctrina, iudicioque in primis excelebant, ea de re consultasset: superiore quidem anno cum Iubileum celebraret, litteris editis monuerat, docueratque populum; die illi Quadragesimae initium esse; omnique ratione, cohortatus erat, ut eum non secus ac alios colere vellet: clero autem idem iusserat; quod populum exemplo suo vehementius excitaret. cum autem vidisset recte populum accepisse; plurimosque ita cohortationi paruiffe, ut si decreto iam,